



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

Cap. 1. Septimo Augustinus ex professo docuit, omne quod non est ex fide
esse peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13673

tantum ex aditis sapientiae Christianae haustis, & idcirco in Canonem Ecclesiae versâ, mox concludit boni cupiditatem, hoc est, ipsum etiam primum boni operis desiderium, necessarium ex vera Dei gratia debere proficisci, hoc ipso quo bona est: si verò non esset bona, nec esse debere à Deo. Proinde, inquit, cupiditas boni non homini à Domino esset, si bonum non esset: si autem bonum est, non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. Ex quo relinquitur impossibile prorsus esse ex Augustini mente, ut ullus omnino actus, qui sit verè bonus, hoc est, sine peccato factus, non à vera Christi gratia proficiscatur; & qui non ab illa proficiscitur necessarium malus sit. Si enim bonus est, non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. Quoniam, ut alibi dicit, liberum arbitrium ad malum sufficit; & ad bonum autem nihil est, nisi adiuvetur ab omnipotenti bono. Et rursum: Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adiuvetur ab eo, qui malum non potest velle. Quibus omnibus locis ex professo gratia Christianae, non Philosophicae sive concursus generalis necessitatem ad omnem actum bonum, ad eumque solum postulat; sufficiente ad actus quoscumque non bonos, hoc est, malos propria arbitrii libertate: per se enim voluntas libera est in malis, quia delectatur malis: libera autem in bonis non est, quia liberata non est. Ipsa igitur prima boni cupiditas à Dei gratia necessario proficisci debet hoc ipso quo bona est. Et cur non à viribus libertatis, si tantum moraliter bona fuerint? Audi Augustinum: Quid est enim boni cupiditas, nisi charitas: de qua Iohannes Apostolus sine ambi-

guitate loquitur dicens: Charitas ex Deo est. Ecce nulla est cupiditas seu dilectio boni nisi charitas, quae propterea necessario per gratiam ex Deo est: praeter quam nihil omnino superest, nisi mundi cupiditas, quae non est bona; & propterea ut idem Apostolus loquitur, Non est ex Patre, sed ex mundo est. Omnis enim cupiditas boni necessario ex Deo est. Ut proinde principijs Augustini non aliud congruat, aut congruere possit, quam hominem qui suis viribus non potest habere cupiditatem boni, non posse etiam habere suis viribus opera quae dicuntur moraliter bona; utpote quae necessario, si sint bona, ex boni cupiditate, id est, charitate proficisci debent. Cum ergo non aliud à suis viribus habere possit, nisi cupiditatem seu dilectionem mundi, hoc est, ut Iohannes exponit: Concupiscentiam carnis; concupiscentiam oculorum, & superbiam vitae: neque enim dilectores mundi, ut August. ait, habent nisi ista tria; Et illa dilectio mundi non sit à Patre, hoc est, ex Deo, utpote quae mala, non bona sit, sed ex mundo; consequenter homo non aliud de suo, id est, de suis viribus expectare potest iuxta Canonem Araulicanum, nisi mendacium & peccatum. Si quid autem habet veritatis atque iustitiae, hoc est, operis boni, ab illo est fonte iustitiae, cujus gratia aspergimur ne deficiamus in via. Nam liberum arbitrium captivatum non nisi ad peccatum valet; ad iustitiam vero nisi divinitus liberatum adiuturum non valet. Causa est, quia spiritu sancto fit ut non peccare delectet, sicut praeter hunc spiritum peccare delectat.

FINIS.

DE STATV
NATVRÆ LAPSAE
LIBER QVARTVS.
Prosequitur argumentum de viribus liberi
arbitrii post peccatum.

CAPVT PRIMVM.

Septimò Augustinus ex professo docuit, omne quod non est ex fide esse peccatum.



ACTENSUS ex varijs Augustini principijs sive particularibus sive generalibus, satis, ut arbitror, evidenter asseruimus nullum ab hominibus qui carent fide posse fieri opus bonum, sed sola mendacia atque peccata. Verum

quia nobis familiare est, ut ad omnem doctrinam nobis insolitam, quantumvis evidentibus principijs eruatur, cunctando trepidemus; omnique ratiocinandi solertia suspecta sit, opera fuerit pretium non jam ex principijs Augustini doctrinam ejus eruere, sed loco septimae probationis planissimis & ab omni ambigui-

Handwritten note: *de gratia*

ambiguitate remotissimis verbis ipsum Augustinum audire asserentem sententiam illam, quam ejus esse dicimus, omnesque cavillationes, quibus mens ejus, & verba simplicissima pervertantur, tantâ explanationis perspicuitate dissilantem, ut nullis argutiis nebulis possit obscurari. Nam quasi de indolentia omnes conatus re-entiorum, quibus ejus doctrinam principis Philosophorum accommodare studuerunt, opprimere studuissent, ita omnia eorum præcluse effugia, omnes tricas explicuit, omnes cavillationes exarmavit, ut pene nihil aliud eis super sit, qui rem diligentius ex utroque videri volunt, quam admitti doctrinam ejus, ut exoticam & incredibilem; & propterea in alium sentum aliquo explanationis commoda beneficio trahendam esse Sed altitudinem Christiana sanctitatis & humanæ infirmitatis, & profunditatem ruinæ illius inaffabilis non videntur intelligere, virtutis, ac vitij differentiam magis ex Philosophia gentium, quam ex Christiana religione, quæ ab Augustino profundissime explicata est, haurire voluisse. Ut igitur sine ullius obscuritatis & ambiguitatis ambagibus sententiam Augustini de operibus ante fidem factis, à qua religio Christiana incipit, hoc est, de operibus infidelium intelligamus, videamus non quid principia ejus velit & sentire cogit, sed quid ipsemet perspicuis expressisque verbis passim uniformiter & constanter in omnibus lucubrationibus suis tradit.

Itaque in tractatibus in Joannem, ut omnem hominis superbiam opprimeret, quæ de suis operibus gloriari posset, si ut plerumque humana vanitas eorum, qui ante fidem se bene vixisse arbitrantur de operibus, maxime moraliter bonis, insari solet. Non, inquit, est ut dicas, antequam crederem iam bona operabar, ideo electus sum. Quid enim est boni operis ante fidem, cum dicat Apostolus: Omne quod non est ex fide peccatum est? Et in Epistola ad Sixtum: Opera bona sunt ab homine, fides autem fit in homine sine qua illa à nullo sunt homine. Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Et in Epist. ad Vitalem: Itaque (diabolus) aliquos eorum, per quos amplius decipere affectus, sunt habere nonnulla velut opera bona, in quibus laudantur, per quasque gentes, præcipueque in gente Romanâ, qui prædare gloriosissimeque vixerunt. Ecce habes hic opera velut bona, hoc est, si ulla unquam saltem moraliter bona. Sed jam vide quid de illis sentiat Augustinus: Sed quantum, sicut verissima scriptura dicit: Omne quod non est ex fide peccatum est; & sine fide impossibile est utique placere Deo, non hominibus, nihil sic agit hic princeps, quam ut non credatur in Deum. Et in libro de gestis Pelagij: Quantumlibet, autem opera v. fidelium prædicentur, eiusdem Apostoli sententiam veram novimus & irritam: Omne quod non est ex fide peccatum est. &c. Cum ipsa sit mitissima inde bona opera incipiunt. Et libro de gratia Christi: Quid autem boni faceremus, nisi diligeremus? Aut quomodo bonum non faceremus si diligamus? Est enim Dei mandatum videtur, aliquando non à diligentibus, sed à timentibus fieri: tamen ubi non est dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur, quia omne quod non est ex fide peccatum est. Et fides per dilectionem operatur. Et libro primo ad Bonifacium: Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adiuvetur ab eo qui malum non potest velle, hoc est, gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Ac per hæc bona voluntas, quæ se abstracta à peccato, fidelis est. Et lib. 3. ad eundem Bonifacium: Fides beati sine operibus neminem salvat (ipsa enim est non re, sed proba fides, quæ per dilectionem operatur) tamen per ipsam etiam peccata solvuntur, quia iustus ex fide vivit. Sine ipsa vero etiam quæ videntur bona opera in peccata vertuntur: Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Ex illis & similibus locis, quæ per universa Augustini scripta sparsa sunt, aperitissime constat quid de illis operibus infidelium Christiano sentiendum sit. Sine illis quippe ambagibus ea vera peccata esse trahit, nec aliud esse posse: eo quod sine fide atque dilectione sit impossibile esse opus bonum. Et ut plenius mentem ejus perciperemus, opera ista vocat quasi bona; quæ non sunt alia nisi quæ vocari & haberi solent moraliter bona; quæ definit non esse bona, sed peccata.

bus fieri: tamen ubi non est dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur, quia omne quod non est ex fide peccatum est. Et fides per dilectionem operatur. Et libro primo ad Bonifacium: Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adiuvetur ab eo qui malum non potest velle, hoc est, gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Ac per hæc bona voluntas, quæ se abstracta à peccato, fidelis est. Et lib. 3. ad eundem Bonifacium: Fides beati sine operibus neminem salvat (ipsa enim est non re, sed proba fides, quæ per dilectionem operatur) tamen per ipsam etiam peccata solvuntur, quia iustus ex fide vivit. Sine ipsa vero etiam quæ videntur bona opera in peccata vertuntur: Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Ex illis & similibus locis, quæ per universa Augustini scripta sparsa sunt, aperitissime constat quid de illis operibus infidelium Christiano sentiendum sit. Sine illis quippe ambagibus ea vera peccata esse trahit, nec aliud esse posse: eo quod sine fide atque dilectione sit impossibile esse opus bonum. Et ut plenius mentem ejus perciperemus, opera ista vocat quasi bona; quæ non sunt alia nisi quæ vocari & haberi solent moraliter bona; quæ definit non esse bona, sed peccata.

Sed non aliunde evidentius mens ejus constare potest, quam ex ijs quæ tradidit libro primo de nuptijs & concupiscentia. Cum enim ibi docuisset ex Scriptura, donum esse Dei, quod etiam conjuges pudice & continenter vivunt, difficultatem sibi objicit de conjugibus infidelibus: qui videntur etiam solis arbitrij viribus continenter vivere: Quid ergo dicimus, inquit, quando & in quibusdam impijs invenitur pudicitia conjugalis? Vitam eo peccare dicendi sunt, quod dono Dei male utantur, non id referentes ad cultum eius à quo accipiunt? An forte nec dona Dei putanda sunt ista, quando hæc infideles agunt, secundum Apostoli sententiam dicentis: Omne quod non est ex fide peccatum est? Quis audeat dicere donum Dei esse peccatum? Anima enim, & corpus, & quæcumque bona anima & corporis utitur, hæc etiam in peccatoribus dona Dei sunt; quoniam Deus non ipsi ista secerant. De his autem quæ à non fidem est, omne quod non est ex fide peccatum est. Cum igitur faciunt hæc homines sine fide, quæ videntur ad conjugalem pudicitiam pertinere, sive donis placere querentes, vel sibi vel alijs, sive in his rebus quæ vitiose concupiscunt humanas molestias devotantes, sive à non bonis servientes, non peccata coercentur, sed alijs peccatis alia peccata videntur. Absit ergo pudicum veraciter dici, qui non propter Deum veram fidem conjugij servat uxori. Et ibidem infert: Hoc tan. ex. donis bonum (commixtio socialis corporum sine fraude) cum infideles habent, quia infideliter utuntur, in malum peccatumque convertunt. Et rursum: Cum virtus sit pudicitia, cui virtum contrarium est impudicitia, omnesque virtutes etiam quæ per corpus operantur in animo habent, quomodo vero ratione pudicum corpus asseratur, quando à vero Deo ipse animus fornicatur? Et paucis interpolitis sic concludit: Tantum valet fides, de qua Apostolus dicit: Omne quod non est ex fide peccatum est: & de qua verum scriptum est ad

Tract. 6 in Joannem.

Epist. 105.

Epist. 107.

Lib. de gestis Pelagij. c. 14.

Lib. de gratia Christi. c. 26.

545

est ad Hebraeos: sine fide impossibile est placere Deo. Quod ipse non solum de vita hominis, sed de singulis hominis operibus solet intelligere. De Trinitate ista validissimum accerrimumque confectum reperit inter Iulianum & Augustinum, quo longe luculentius illustrata, & mens Augustini ab omnibus ambiguitatibus exoluta fuit, illo tanquam talissimam eam referente, hoc mordicus tanquam verissimam, Christianam, atque Catholicam defendente. Nam istam ultimo citatum locum, quod in animo qui fornicatur a Deo non possit esse vera peccatiua, hoc est, opus verae pudicitiae, sed peccatum tantum, ita reficit velut inuictum, insulsiatque Iuliano intactam praetereunt: sed in qui mea, sicut dicit, qua mihi videtur acuta persequens, hoc totum tanquam inani obtutu visum fuerit praeferat. Vide ergo quid horum neque an dnm arbitretur. Videntem esse pudicitiam conuictam, non per hunc conspiciat: Omnes viuentes enim quae per corpus operantur, in anima habitare non negas. Porro infidelium animi fornicari a Deo, ille potest negare, quae palam sanctarum scripturarum auctoritatem praesertit. Ex quibus omnino haec summa consistit, ut aut in animo fornicare pudicitia vera esse potest quod dicitur, quod aut sit absurdum, aut in dignum infidelis peccati, eger, quod potest: quibus hoc cum asseritur, te iuxta sententiam. Illis vero scripturae locis, quae laudantur in praecedentibus testimonijs allegari vidimus, sic eundem stringit Iulianum, eaque sententiae suae attendenda inuicta esse conficit: Nam testimonium illud quod ex Apostolo posuit: Omne quod non est ex fide peccatum est, sicut tibi visum est accepisti, & exprobat, non ut sapit, sed ut sapit. De ciborum Apostolum loquebatur: verum cum dixisset: Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide, hanc peccati speciem de qua agebatur generaliter voluit probare sententiam, mox inferens: Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Sed ut hoc tibi de vbi tantum intelligendum esse concedam: quid de alio didurus es testimonio, quod identidem posuit, nec inde aliquid disputasti, quia non inuenisti quomodo in tuum posses detorqueere sententiam, quod ad Hebraeos scriptum est: Sine fide enim impossibile est placere Deo? Nempe ut hoc decreatur, de tota vita hominis, id est, de totius vitae actionibus, agebatur, in qua iustus ex fide vivit. Et tamen cum sine fide impossibile sit Deo placere, tibi viuentes sine fide sic placere, ut eas veras praedicis, eiusque bonos esse nomen: & rursus quasi te poenituerit laudis carum, serilis pronuntiare non debes. Et intra iterum de singulari quodam opere loquens, opere videlicet misericordiae, quod exhibetur pauperi, & maxime videbat moraliter bonum: et ait, inquit, si verum est male misereri, procul dubio vitium est in delictis misereri. Quod si & ipsa per se in animi naturali compati, ne opus est bonum, etiam illo bene male utitur, qui impudenter ait, & hoc in male facit, qui impudenter facit. Qui autem male facit, ut quid, profectio peccat. Ex quo colligitur, etiam ipsa bona opera quae faciunt infideles non ipsorum esse, sed illius qui bene utitur malis. Ipsorum autem esse pec-

A cata, quibus & bona male faciunt, quia ea non fideli, sed infideli, hoc est, stulti & noxia faciunt voluntate. Quasi voluntas nulli Christiano diuinae arbor est mala, qua facere non potest nisi fructus malos, id est, sola peccata. Omne enim, velis, nolis, quod non est ex fide peccatum est. Et ideo Deus istas arbores non potest dargere, & si tales permanserint, dissoni excidere, quia sine fide impossibile est placere: Et rem a fundamentis eruens in fine concludit: Sed bene accipe, ne forte cum in rebus istis tantum erres, quantum errari plurimum potest, videat tecum errare de veris. aut ergo intellige quod ait Dominus: Si oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit: Si autem oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit: Et hunc oculum agnosce inuentionem, qua facit quisque quod facit: & per hoc discit, cum qui non facit opera bona, intentione fidei bona, hoc est, eius quae per dilectionem operatur, totam quasi corpus, quod illis, velut membris, operibus constat, tenebrosum esse, hoc est, plenam inordinate peccatorum. Plura huiusmodi in eodem loco inculcat Augustinus; sed ista sola, quamvis nihil Commentarij loco adijceretur, ita perspicua sunt, & mente in eis de omnibus infidelium operibus tanta claritate conuincunt, ut non sinant hominem nulla contraria sententia preoccupatum aliud suspicari. Nam in illis testimonijs allegatis, multoque uberius in contra rentibus ejuldem disputationis locis, omnes recentiorum cavillationes, quibus mentem ejus obsecrare, ac in alium sentum de torquere conantur, ita lente perimit, ut mirum sit cordatos homines in tergiversationes ita frivolas declinare, & Augustino suas cogitationes imponere potuisse.

Praecipua vero tergiversandi causa est quod principijs humanae Philosophiae non congruere Augustini Theologia videatur. Molestissime quippe nonnulli ferunt, quod naturae viribus infidelis non possit actum facere, qui tendit in moralem honestatem actus: hoc enim sufficere volunt, ut sit actus moraliter bonus, est alio nulla voluntatis intentione referatur. Itaque doctrinam Augustini in illo generali sensu intellectam dicunt esse incredibilem, rationes ejus frivolas, & tanto ingenio indignas, mirabiles continere verborum & quivocaciones: quia ex significatione propria animi fornicarij, sit transitus ad metaphoricam, & ita syllogismus sit in quatuor terminis. Quapropter ut ex ejus doctrinae vinculis liberentur, aliquot solutiones excogitatae sunt, quas ad omnia loca in promptu habent, ut ubi una deficit, succurrat alia: omnes vero tam enormiter de tanti Doctoris veluti triennalis tyronis doctrina ludunt, ut longe fatius esset palam ab ea discedere, quam eam tot ludicrijs adulteratam vindicare. Nos duas praecipuas profecturi sumus, & ex Augustini verbis ac doctrinae filo & scopo distillaturi: ut omnibus perspicuum esse possit, eas non iudicio veritatis expressas, sed necessitate excogitatas: nihilque minus quam ex Augustini lectione promanasse.

In fin. 113.

Suar. lib. 1. de grat. c. 7. n. 10. & 14.

Lib. 1. 13.

lib.

lib. 4. op. 3.

STENW
EMIT

